

# Beiheft

2

S 109

1266 Juli.

[36]

Bischof Gerhard von Münster befindet die Schlichtung eines Zehntstreites.

Gerardus, Dei gratia ecclesiae Monasteriensis episcopus, omnibus praesens scriptum visuris notum facimus, quod quaestio, quam olim Macharius, officialis noster in Billerebeke, caeperat nomine nostro movere Joanni Bovinc, Hinrico et Thiderico de Daldorpe, mancipiis sive hominibus monasterii in Varlare, super minuta decima domorum, quas ipsi inhabitant, curti nostrae in Billerbecke annuatim solvenda, taliter est sopita, quod in redemptione dictae minutae decimae de singulis duabus domibus, videlicet Joannis et Henrici praedictorum, singuli duodecim denarii, de tertia vero domo, scilicet Thiderici, sex tantummodo denarii annuatim in festo beati Bartholomaei solventur. In cuius rei notitiam praesens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXVI<sup>o</sup>, mense Julio.

Kopie im Barlarer Kopiar S. 71.

109